N. 2509.

CURRENDA XI.

A. D. 1859.

L. prez. 146.

Encyklika Jego Świętobliwości Papieża Piusa IX. do wszystkich Patryarchów, Prymasów, Biskupów i innych miejscowych Zarządzców łaskę i społeczność z Apostolską Stolicą mających.

Pius IX. Papież. Wielebni Bracia! Pozdrowienie i błogosławieństwo Apostolskie. Ruchy buntownicze, które wybuchły niedawno we Włoszech przeciw władzy panujących prawowitych w krajach sąsiednich Państwa Kościelnego, ogarnęły jakby płomień pożaru niektóre z Naszych prowincyj. Podniecone tym smutnym przykładem, pobudzone zewnętrznemi intrygami, usunęły się z pod Naszych ojcowskich rządów, a zwolennicy rokoszu, pomimo małéj swéj liczby, żądają, aby prowincye te były poddane temu z rządów włoskich, który w ostatnich latach stanął jako przeciwnik Kościoła, jego słusznych praw i jego poświęconych sług. Potępiając i opłakując czyny tego rokoszu, przez które w prowincyach tych zakłóconych, część tylko ludności zapoznaje tak niesprawiedliwie Naszą gorliwość i ojcowską opiekę, i oświadczając publicznie, że zwierzchnictwo doczesne, które najzdradliwsi nieprzyjaciele Kościoła Chrystusowego wydrzeć Stolicy Apostolskiéj usiłują, jest jéj koniecznie potrzebnem, aby świętą swą władzę bez żadnéj przeszkody dla dobra religii wykonywać mogła, stósujemy do Was, Wielebni Bracia, list nieniejszy, by wpośród tak wielkiego zamieszania pokoju publicznego, doznać niejakiéj ulgi w naszéj boleści! Z tegoż powodu, wzywamy Was, abyście stósownie do znanego Waszego do Stolicy Apostolskiéj przywiązania i szczególnéj Waszéj gorliwości o jéj wolność, czuwali nad dopełnieniem przepisów, które jak czytamy, niegdyś polecił Mojżesz Aaronowi Najwyższemu Kapłanowi Hebrajczyków (Num. XVI): „Weźmij kadzielnicę, a nabrawszy ognia z ołtarza, nakładź nań kadzidła, zszedłszy prędko do ludu, abyś się modlił za nimi: bo już wyszedł gniew od Pana, a plaga się sroży.“ Również, wzywamy Was, abyście zaprowadzili modły na wzór tych świętych braci, Mojżesza i Aarona, którzy „upadli na twarz i rzekli: „Najmocniejszy Boże Duchów wszelkiego ciała, iżali gdy jeden grzészny, przeciw wszystkim gniéw twój srożyć się będzie?“ (Num. XVI.) Owóż dla tego, Wielebni Bracia, przesyłamy Wam list niniejszy, po którym spodziéwamy się wielkiéj ulgi, mamy bowiem zaufanie, że odpowiécie szczodrze Naszym chęciom i usiłowaniom. Zresztą, oświadczamy głośno, że opatrzeni z Góry łaską, w którą Bóg na prośby wiernych słabość Naszą przyoblecze, stawimy czoło wszelkim niebezpieczeństwom, zniesiemy

wszelkie gorycze, raczéj aniżelibyśmy mieli niedopełnić w czemkolwiekbądź powinności Naszéj Apostolskiéj, lub dopuścić czego przeciw świętości przysięgi, którąśmy się związali, gdy pomimo Naszéj niegodności, wyniesieni zostaliśmy przez wolę Boga na tę Stolicę najwyższą Księcia Apostołów, twierdzę i przedmurze Wiary katolickiéj. Błagając dla Was, Wielebni Bracia, o wszystko cokolwiek tylko zapewnić Wam może spokój i szczęście w wykonaniu waszéj godności pasterskiéj, udzielamy Wam z całą miłością dla Was i waszych owieczek apostolskie błogosławieństwo jako zakład niebieskiéj szczęśliwości.

Dan w Rzymie przy Świętym Piotrze, ośmnastego czerwca roku 1859, czternastego roku naszego Najwyższego Kapłaństwa.

Powyższą Encyklikę Szanowne Duchowieństwo jak najspieszniéj z ambony ogłosi a skreśliwszy smutny obraz ruchów grożących krajowi całego świata papieskiemu i potrzebę utrzymania go w całości... zaleci ludowi wiernemu, aby przynajmniéj codzień **jeden pacierz** *ofiarował za Ojcem ś. póki spuścizna ś. Piotra zostaje w niebespieczeństwie; a same nie mniéj za Pasterzem Najwyższym prywatne modły czynić będzie.*

Dan w Pałacu Biskupim dnia 15. Września 1859.

N. 145.

De consuetudinibus nonnullis statum sacerdotalem dehonestantibus aut incommodum, scandalumve excitantibus.

Ex hoc illove Diœceseos angulo de variis in Sacerdote carpendis delatum Nobis est; inter alia:

1. quod hic illeve Presbyter pœnitentes breviter expediat; aut ob commoditatem, quam sibi mane domi indulget, diu ad confessionale stare sinat; aut confessiones haud submissa voce excipere soleat, quo fit, ut quæstiones et admonitiones ejus a circumstantibus audiantur, adducaturq. periculum aut confessionis sacrilegæ aut læsionis famæ aut innocentiae &c.

2. quod non raro sub prandio indulgentiarum coram civilibus casus in confessione percepti, joco perstringantur; aut fama proximi, confratrum quoq.. *oblocutione* iniqua infringatur.

3. quod nonnuli loca etiam dissita, pro indulgentiis tunc visitent, quando, e. g. post confessionem paschalem, supponendum veniat, nullos penes ecclesiam quæstionis fore poenitentes; et e contra devotionem parochialem, institutionem præprimis juventutis domi negligant, aut compareant non laboris spiritualis, verum recreationis ergo ad indulgentias, quia non quærant peccatores, sed quid aliud; finita post Summam processione ad domum plebanalem properent non amplius ad templum reversuri, quamvis plurimi adhuc pœnitentes anhelent conscientiæ emundationem thesaurumq. indulgentiarum, qui intra dimidiam horam reconciliari possent, dummodo omnes simul post modicam refocillationem ad Confessionalia remearent. Mercenarius ejusmodi sibi epulas quærit, sed peccatores majorum nam spiritualium, sacramentalium expertes relinquit; sibi, non pœnitentibus ac cœlitibus gaudium parare satagit.

4. quod in concionibus quandoque proferant objectiones de confessione, de misericordia

div. de jejunio &c. &c. aures pias offendentes, superfluas, quia ejusmodi dubia aut sermones in parochia non deprehenduntur; vel textus e sacris Litteris sine explicatione et applicatione, citra necessitatem citent pusillos ingrate afficientes &c. e. g. *quorum Deus venter est; dixit insipiens in corde suo: Non est Deus.* &c. &c. vel publicent res deperditas aut furto sublatas, male sonantes et suggestum sacr. dehonestantes, vel sub epulis aut conversatione cum honoratioribus sententias de SS. Trinitate, de Jesu in nuptiis, de Beata, de coelibatu &c. homine honesto indignas, edere haud vereantur;

5. quod superpelliceo induti aut stola ornati capiant cibos potusq aut discedant ad.... vel juniores paramentis semper elegantibus contra superiorum permissa ad sacrum sesse exornare satagant—

6. quod nimiæ fumigationi indulgeant, imo in urbibus publice *cigaro* fumigent,

7. quod jocis, sermocinationibus indecentibus pios offendere; aut objurgationibus inurbanis, scommatibus, maledictionibus alios scandalisare non perhorrescant—

8. quod non multi Curati suos Cooperatores ad correspondentias officiosas, ad manipulationem parochialem non adhibeant, atq. sic ad subeundum munus futuri Parochi aut Decani intuitu correspondentiarum idoneos haud reddant; et contra etiam dentur Cooperatores, qui minimum in cancellaria juvamen, eo magis confectionem Copiarum e libris matricalibus aut inventariorum &c. fugiant, etsi eorum Parochi jam senio confecti aut alio labore distenti, ipsimet oneri huic ferendo impares sint; quod Parochi suos Cooperatores ad conversationem cum honoratioribus aut domi aut extra domum non admittant, ut inter tales majora polituræ caperent incrementa, aut quod pessimum, suos tempestive non retrahant a vitiis, quibus eos irretitos deprehendunt, deflectendo a proverbio: *Principiis obsta, sero medicina paratur &c.*

Hæc interim ea intentione imprimenda curamus, quatenus cuncti Fratres in Xto, quos accusatio hæc illave attingit, deposita consuetudine prava, sapiant sapienda, satagantq. evadere *Deo ac hominibus dilecti, quorum memoria in benedictione sit.* Praepositi vero semper exemplo bono praelucentes ac mandato Salvatoris de correctione reciproca obsequentes quemlibet perfectionis defectum in Confratribus detectum apperiant ipsis, ac fraterna admonitione, aut pro rei circumstantia etiam objurgatione, precationeq. fervida eos ad rectum tramitem reducere, nec non ad plenitudinem omnis generis virtutis perducere, fratremq. Deo ac hominibus lucrifacere studeant. *Quicumq. hanc regulam secuti fuerint, pax super illos.* Gal. VI. 16.

E Praesidio Eppali die 13. Sept. 1859.

N. 2487.

De corona in Capite deferenda etc.

In Cur. IX. a. c. sub N. 1970 perplura fecimus verba de vestitu Sacerdotum clericali ac civili commendantes omnem in eo decentiam, simplicitatem simulq. gravitatem.

Nunc progredimur ad *Coronam.* Non sufficiat Vobis Venerabiles in Christo Fratres! habitum demandatum deferre, *Coronam* quoq. *perspicuam* gestetis in capite, bene memores, assumtis ad regale Sacerdotium non convenire plebeji quid aut humilis praeseferre. Corona

in capite conspicua in memoriam Vobis revocet, quod sitis coronati, ceu reges, verum spirituales, constituti regere tum Vosmet Ipsos tum alios in tramite virtutis ad Regnum coelorum; quodq. coronam spineam i. e. irrisiones atq. opprobria una cum populo perferenda habeatis Ejus amore, qui in passione sua *spinis* dignatus est coronari. Circa coronam ne gestetis comam molliter comtam, nec eam in cristam componatis, nec ullo modo tempora effeminetis. Sic *Syn. Mediolan.* dicit: *„Ita sint“* Clerici *„abraso capillo, ut tonsura conspicua sit omnibus. Comam vero ne studiose nutriant: capillis simplicem cultum adhibeant.“ Synod. Bituric.* anni 1584 c. 3. *Clerici crines calamistratos, ac retortos non habeant.“ Synod. Lucens.* anni 1625 de vita et honest. Clericor. *cap. 2. Comas calamistratas more foeminarum ne gestent.“ &c. &c.* Mollities in ordinando capite civilibus, puellis, &c. non autem Sacerdotibus convenit. Presbyteri *corona* destituti et coma juxta formam civilem (podług mody) exornati magis despectui sunt, quam venerationi populi fidelis imo honoratorium, adeoq. finem suum placendi mundo, non assequuntur. Nonnulli adeo levitatis progressi sunt, ut crines juxta formam quarumdam sectarum politicarum componere solerent, et idcirco notam asseclarum Alto Regimini ingratarum incurrerent. *Medium tenuere beati,* morem a piis antecessoribus, ab Esia Provinciali receptum, et a viris ecclesiasticis probis hucusq. servatum.

Praeclara desuper legantur pag. 584.-591. tom. I. Dr. Ambergers Pastoral Theologie.

N. 2213.
De imprimendo Octavario etc.

In Currenda Nostra V. de 11. Aprilis a. c. sub N. 54 p. ordinavimus, ut quilibet Curatus pro sua Ecclesia *Octavarium S. Patroni*, seu *Tituli Ecclesiae* conficeret, ac horsum pro adprobatione mediante Offo Decanali immitteret. Plurima Offa Decanalia immiserunt quidem dicta *Octavaria*, verumtamen paucissima juxta rubricas generales confecta; reliqua igitur fuissent corrigenda, seu potius ex integro conficienda, qui labor superasset vires Cancellariae Nostræ. Tali in casu, officii Nostri e stimulis conscientiæ duximus requirere Diligentissimum A. R. Andream Fifański Redactorem Director. divini Officii ad conficiendum unum exemplar Octavarii pro S. Patrono seu Titulo pluribus Ecclesiis in Diœcesi Nostra communi ast non pro qualibet Ecclesia; vires enim non sufficerent, expensæq. essent notabiles.. quæ octavaria jam elaborata existunt. Ex his communibus Octavariis ceu Originalibus Copiæ pro qualibet Ecclesia adornandae venirent, ad quod opus et tempus et manus desunt. Venerabili Clero consulturi et negotium tantum quantocyus consummaturi, tractavimus de impressione Octavarii pro qualibet ecclesia cum typographo, qui impressionem erga 20 xr. C. M. pro philura in duplo a qualibet Ecclesia solvendos susciperet. Hoc praemisso provocamus quodlib. Ven. Offum Decanale, quatenus post hanc Currendam Suis RR. DD. Condecanalibus emissam 20 xr. C. M. ab unaquaq. ecclesia colligat, et obtinebunt Ven. Curati eleganter ac uniformiter typo impressum exemplar *octavarii* in duplo pro suis Ecclesiis. Quoniam typographus sine mora negotium quaestionis aggreditur, quodlibet Ven. Offum Decanale pecuniam a singulis ad hoc utiq. paratissimis Curatis collectam ante finem *Octobris* an. cur. horsum immittet; qua obtenta Octavarium paratum submittetur Respectivis.

NB. Ubi SS. Patronorum Octavarium in Directorio per annum habetur, Ecclesiae hae excipiuntur a solutione; ubi vero duplex et separatum est patrocinium, in duplo solvetur.

Insuper provocatur Ven. Offum Decanale:

1. Łącense, ut sub eodem S. Patronum seu Titulum Ecclesiae in *Sromowce* et *Grywałd* Nobis notificet, et an sint consecratae, indicet.

2. Neoforiense, ut Titulum seu S. Patronum Ecclesiæ in *Dembno* ad *Maniowy* et *Pieniążkowice* ad Odrowąż Nobis significet, pariter an sit Ecclesia in *Waksmund* consecrata.

3. Żywiecense, titulum et consecrationem ecclesiarum in *Łękawica et Gilowice* ad Rychwałd adaperiat.

4. Neo-Sandecense, ut denominationem Festi B. V. Mar. in *Just* ad *Tęgoborza* notificet; et an Ecclesia hæc, ac Capella S. Rochi in Dąbrowka, nec non Ecclesia S. Helenæ ad Neo-Sandec. sint consecratæ indicet.

5. Myślenicense, ut denominationem festi Ecclesiae *Krzeczów* ad *Lubień*, et antiquae Ecclesiae B. M. V. in *Myślenice* apponat et an sint consecratae referat. Iudicet quoque, quo die festum S. Sophiae in *Sułkowice*, et quidem utrum *Viduae* Marty. an vero *Virginis* celebretur festum.

6. Bobovense, ut Nobis indicet, quo die festum S. Sophiae et utrum *Viduae* Martyr. an vero *Virginis* celebretur in *Bobowa* et num Ecclesia haec, uti et in *Grybow* S. Bernardini sit consecrata.

7. Skavinense, ut horsum referat, an Ecclesia in *Sosnowice* ad Pobiedr sit consecrata.

8. Makoviense, an Capella in *Sieniawa* ad Raba wyżna sit consecrata.

9. Radomyślense, an Ecclesia in *Wadowice* S. Apoloniae sit consecrata.

10. Wojnicense, an Ecclesia S. Leonardi in *Wojnicz* sit consecrata, quibus receptis *Octavarium* pro memoratis ecclesiis adornandum curaturi sumus, ut Celebraturi sub Octava in eis ad parietem inveniant directivas pro Missa. E Consist. Eppali 10. Sept. 1859.

N. 1991. et 1994.

Gratiarum actio et benedictio pro persolutis Missis in Dec. Wojnic. et Plizn.

In favorem restaurandae basilicæ PP. Dominicanorum Cracov. &c. receperunt unum Missae sacrificium pro *peccatis* et 10. Missas ad *intentionem dantium* ob 11. paria Concionum. I. e Decanatu *Wojnic.* videlicet ARR. Curati *Radłov. Wietrzych. Szczepanov. Wojnic. et Zaborov.* atq. RRi Cooperatores ambo *Radłov. Borzęcin. Wietrzych. Szczep. Zaborov.* q. item II. e Decanatu *Pilzn.* ARRi Parochi *Pilzn. Jastrząbc. Łękav.* p. m. *Lisiagór. Skrzyszov. Szynvałd. Zalasov. et Zwiernic.* simul RRi Cooperatores *Pilzn.* et *Pogorska Wolen.* pro quibus gratiarum actio et benedictio atq. suffragia Ven. Conventus memorati. Tarnoviae 20. Jul. 1859.

N. 2417.

Wezwanie do składki na zgorzały nowy Bolesław.

Na dniu 28. Maja r. b. miasto okręgowe nowy Bolesław (Jungbunzlau) w Czechach stało się pastwą płomieni, z czego po odtrąceniu sumy 52467 ZłR. 50 kr. z asseku-

racyi poniosło szkodę na 255669 ZłR. 50 kr. a najwięcéj gmina izraelicka. Ponieważ taka ogromna szkoda tylko nadzwyczajnemi środkami może być naprawiona, zaczem Wys. C. K. Ministerium spraw wewnętrznych pod dniem 25. Lip. r. b. L. 17719. czuło się spowodowaném do zezwolenia składek i po kraju tutejszym. W skutek tego Wys. C. K. Rząd krajowy Krakow. pod d. 24. Sierp. r. b. L. 22259. wzywa do składek. Niechże Szanowne Duchowieństwo z gorliwości swéj za dobrą sprawą przedsięweźmie po parafijach składki na poratowanie poszkodzonych, które pomnożone datkami Swemi zechce w najkrótszym czasie na ręce Nasze przesłać przez Swój Urząd Dekanalny. Z posiedz. 15. Wrz. 1859.

L. 2460.

Wezwanie do przedłożenia odpisów Brew Apostolskich... wierzytelnych.

W Rzymie zamyślają wydawać wielkie dzieło obejmujące *Brevia apostolskiej* stolicy tyczące się odpustów udzielonych przez Ojców świętych, czyto Bractwom, Zgromadzeniom, lub stowarzyszeniom różańcowym, szkaplerzowym, lub pod inną nazwą istniejącym, czyli to te odpusty odnoszą się do kościołów, kaplic, ołtarzów, albo téż do miejsc świętych; czyli to dla modlitw pewnych udzielonych. Wezwani jesteśmy, żebyśmy się przyczynili do dokładnego wydania tegoż dzieła, i do rozpowszechnienia takowego. Chcąc dobrym chęciom dogodzić, udajemy się do Szanownego Duchowieństwa Dyecezyi Naszéj tak świeckiego jak i Zakonnego, do Panieńskich Zakonów przełożonych, aby wszelkich przy kościołach swoich istniejących Nabożeństw z odpustami połączonych rzymskie *brevia* czyli postanowienia tyczące się odpustów od Ojców śś. udzielonych, odpisy z pierwotworu uczynili, lub rozporządzić nakazali; odpisane co do litery sami podpisali, i do XX. Dziekanów Naszych udali się tak z odpisem jak téż i pierwotworem, żeby Ci przekonawszy się o zgodności odpisu z pierwotworem tamten podpisem swoim potwierdzili, i Nam do nowego roku t. j. do 1. Stycznia 1860. niezawodnie przedłożyli. Szanowni księża Plebani, i Przełożeni Zgromadzeń zaleconych, którym Bractwa, zgromadzenia jakiéj bądź nazwy podlegają, dołożą sumiennéj pilności i pracy, aby wyszukali pododne brevia i nam drogą wyżéj namienioną do dalszego użytku udzielili, gdyż jak wydawca wspomina, w wielu miejscach według zmiany okoliczności i warunków, odpusty ustały zupełnie, choć sądzą mylnie, że jeszcze są skuteczne. Rozumi się że Jm. XX. Dziekani porównawszy odpis z pierwotworem, ostatni oddadzą temu, komu on należy.

Z posiedzenia Kons. 15. Września 1859.

Casus liturgici

I. de coloribus |paramentorum Esiae.

1. Quidam legendo rubricam Missalis XVIII. 1. quæ ita sonat: Paramenta Altaris, Celebrantis et Ministrorum debent esse coloris convenientis Officio et Missæ diei, secundum usum Romanæ Ecclesiæ, quæ 5. coloribus uti consuevit: *albo*, *rubro*, *viridi*, *violaceo*, et *nigro!* anxiatur desuper, quod præter illos 5. etiam *flavo* utatur colore et *caeruleo* (niebieskiego) pro *violaceo* .. quæritur, num *juste?*

Consulamus desuper decisiones ss. Rituum Congregationis. Ad quæstionem „An

paramenta coloris *flavi* adhiberi possint pro quocunq. colore" sub 23. Sept. 1837. *negative* decidit et ad quæstiones novas de *flavo* et *cæruleo* colore sub 12. Nov. 1831. et 16. Mart. 1833 reposuit hunc in modum: „Omnino eliminandus est usus coloris *flavi* et *caerulei* tam in Sacrificio Missæ quam in expositione Ss. Sacramenti."

2. Quodsi paramenta sint e *serico deaurato*, num licite adhiberi possint et pro quo colore?

SS. Rituum Congregatio ejusmodi materiam utpote pretiosissimam non vetuit; eam vero pro colore *albo* usurpandam esse, communiter asseveratur.

3. Si autem paramenta sunt diversi vel coloris *flavi*, vel mixtis diversi coloris floribus, pro colore tam albo, quam rubro, viridi et violaceo adhibere licetne?

SS. Rituum Congregatio sub 12. Nov. 1831. quæstionem hanc negative resolvit: „Servetur strictim rubrica quoad colorem paramentorum." Huc spectat similis decisio de 19. Dec. 1829. „Inter postulata a Rev. Episcopo Vicent. in visitatione ss. liminum unum extat, quo ipse jure conqueritur de confusione colorum, in paramentis ss. Missæ Sacrificio, aliisque ecclesiasticis functionibus deservientibus, quæ etiamsi ss. ritibus opposita in dicta tamen civitate et in ceteris episcopatus ecclesiis conspicitur. Huic propterea abusui providere imo de medio tollere volens, humillime supplicavit idem Episcopus pro oportuno remedio. S. R. Congregatio respondendum censuit: „Serventur omnino rubricæ generales, facta tamen potestate Episcopo indulgendi, ut in ecclesiis pauperibus permittat illis uti, donec consummentur."

NB. Exinde fluit obligatio, petendi nomine pauperis ecclesiæ a loci Ordinario facultatem utendi paramentis coloris flavi, cærulei, aut incerti, donec consummentur.

4. Quod consilium in posterum penes comparationem paramentorum quoad colorem servandum?

Illud, ut materia procuretur certi et præscripti coloris. Pro hoc loquitur decisio ss. Rituum Congregationis de 7. April. 1832. hujus tenoris: „Paramenta debent esse tantum unius coloris vel saltem unus ita prædominetur, ut paramenta dici possent unius potius, quam alterius coloris. Eadem Congregatio ad quæstionem: „Num paramenta confecta ex serico et albis coloribus floribusque intexta ita, ut vix dignoscatur color primarius et prædominans, usurpari valeant *mixtim* saltem pro albo, rubro et viridi" decreto de 23. Sep. 1837. reposuit negative.

5. Quæ partes Casularum aut Pluvialium nunc varii coloris existentium determinant *colorem ritualem*?

Juxta naturam rei et communem sententiam partes majores illorum paramentorum, i. e. penes Casulas latera et penes Pluvialia partem posteriorem contegentem corpus Celebrantis e. g. latera Casulæ albæ cum columna rubra, flava, viridi, cærulea, aut posterior Pluvialis pars major viridis cum anteriori parte rubra meretur titulum Casula *albi* aut *viridis* Pluviale.

NB. Pro comparandis paramentis novis eligantur materiæ præscripti non adeo variantis, verum constantis, certi coloris; non fulminantis, simplicitate potius et gravitate, quam lucidioribus, oculos rudium nonnisi grate afficientibus . . eminentes. Desuper legantur Dr. Wilh. Giefers «Praktische Erfahrungen über die Erhaltung, Ausschmückung u. Ausstattung der Kirchen Paderborn 1858. aut Jakobs «Die Kunst im Dienste der Kirche Landshut 1857. aut Geschichte der liturgischen Gewänder des Mittelalters» Francisci Bock intuitu paramentorum in 4. tomis cum 12. imaginibus pro coloribus et 12. pro exemplaribus.

II. De colore veli humeralis et baldachini.

I. Quidam utuntur velo *humerali* solummodo ad benedicendum cum Sanctissimo in Monstratorio, non item ad benedicendum in Pixide; alii nunquam non adhibent velum ejusmodi, qui eorum servant ritum?

Illi, qui semper utuntur velo humerali; rubricae enim nullam exprimunt exceptionem.

II. Quidam rursus pro varietate festorum aut temporum ad benedicendum cum Sanctissimo vel ad deportandum in processione adhibent velum humerale jam coloris *albi*; jam *rubri* aut *flavi*; jam *violacaei* aut *caerulei* e. g. tempore *quadragesimali* penes devotionem pomeridianam *Gorzkie żale*; imo et *nigri* e. g. feria VI. in Parasceve, quando portatur hostia ad majus altare aut Sanctissimum ad Sepulcrum; alii utuntur semper velo *coloris albi* nullo habito respectu ad colorem paramentorum, seu festorum et temporum, qui ergo ritum ab Esia praescriptum observant, absolvunturq. a reatu?

Ilii utique, qui semper velum humerale *albi* coloris, ad designandam Salvatoris Sanctitatem ac obligationem nostram imitandi eam &c. assummunt; respondit etenim S. Rituum Congregatio die 9. Jul. 1678: „*Quanda cantatur Missa de Dominica cum commemoratione Ss. Sacramenti, Celebrantem et Ministros uti debere paramentis dictæ Missæ coloris convenientis et etiam posse in processione sed albo utendum super humeros velo. Post expositum Sacramentum pallium et conopaeum colore albo esse debere et nunquam nigro colore utendum in expositione et processione Sacramenti*“ Idem Leo

NB. Velum *humerale* Subdiaconi sub Missa ad deportandum calicem penes Offertorium; ad tenendam patenam ab Offertorio usq. ad *Libera nos;* ad reportandum calicem post Communionem &c. assumit colorem paramentorum celebrantis et ministrorum, pro varietate festi... adeoq. vela humeralia ex alio, quam *albo* colore, illum tantum in usum servari adhiberiq. possunt.

III. Baldachina itidem variorum colorum extant, quaeritur, qualis coloris ea oporteat esse?

Baldachina ad processionem cum Sanctissimo praeseferant colorem *album*; ita præscribit Ceremoniale Episcoporum L. 1. C. 14. §. 1. „Color Baldachini et Umbellae in processionibus, in quibus defertur Ss. Sacramentum, sit *albus* et C. VI. c. 23. §. 3. Pro feria V. in Cœna Domini et feria VI. in Parasceve praeparetur baldachinum *album*, perpulchrum.“

NB. Rectores ecclesiarum curabunt, ut *vela* et materia *baldachinorum* coloris *non albi* sensim in aliud paramentum convertantur, conficianturq. illa ex alia hæcq. obducantur materia coloris praescripti i. e. *albi*.. ne ultro peccetur contra ritum, mystica significatione insignitum.

Josephus Alojsius,
Episcopus Tarnoviensis.

E Consistorio Episcopali,
Tarnoviae, die 20. Sept. 1859.
PAULUS PIKULSKI, Cancellarius.

Typis Anastasii Rusinowski Tarnoviæ.